

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Christus I  
cum fonte primo

Omnia habemus in Christo

et omnia in nobis Christus.  
Si uulnere curare desideras, medicus est;  
si febribus estuas, fons est;  
si grauaris iniquitate, iusticia est;  
si indiges auxilio, uirtus est;  
si mortem times, uita est;

si tenebras fugis, lux est;  
si celum desideras, uia est;  
si cibum queris, alimentum est.

Ambrosius in quodam sermone.

Omnia igitur habemus in Christo.  
Omnis anima accedat ad eum, sive  
corporalibus aegra peccatis sive clavis  
quibusdam saecularis cupiditatis infixis  
sive imperfecta adhuc quidem, sed  
intenta tamen meditatione proficiens,  
sive multis aliqua sit iam perfecta  
virtutibus: omnis in Domini potestate  
est,

et omnia Christus est nobis.  
Si vulnus curare desideras, medicus est;  
si febribus aestuas, fons est;  
si grauaris iniquitate, iustitia est;  
si auxilio indiges, uirtus est;  
si mortem times, uita est;  
si caelum desideras, uia est;  
si tenebras fugis, lux est;  
si cibum quaeris, alimentum est.

Ambrosius Mediolanensis, *De uirginitate liber unus*, 99 (E. Cazzaniga ed., p.46, ll.6-15).